

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Concl. IV. Jure novo Conc. Trident. ad Subdiaconatum requiritur annus 22.  
ad Diaconatum 23. ad Presbyteratum 25. Sufficiunt isti anni inchoati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73429)

sit consensus ejus, qui eligitur, confirmatur & consecratur, unde constat?

Et præterea, ut suprà diximus, maxima quoad hoc est disparitas inter Matrimonium & Ordinem; quod videlicet contrahentes Matrimonium, ipsi sunt ministri Sacramenti, ac proinde ad minus debeant habere intentionem virtutalem faciendo, quod facit Ecclesia, cuius intentionem infans est incapax. At verò infans, qui eligeretur, confirmaretur & consecraretur Episcopus, solum sacerdotem Sacramentum, & nullatenus administraretur.

48.  
Objec<sup>tio</sup>.

Si dixeris; Matrimonium spirituale non est nuda electio, confirmatio & consecratio; sed insuper obligatio regendi Ecclesiam, ad quam Episcopus consecratur, quæ obligatio essentialiter requirit consensum Episcopi.

Dilectus.

Respondeo; requirit omnino, & ideo infans, qui consecraretur Episcopus, non contraheret illam obligationem, sicut nec infans, qui ordinaretur Sacerdos, contraheret obligationem continentia, ut infra suo loco dicetur, nisi accedente usu rationis, ratificaret suam Ordinationem. Et proinde si nihil aliud velit Doctor Seraphicus, quām infans non contrahere illam obligationem, sine qua non videtur Episcopatus esse Matrimonium spirituale, libenter ei subscribimus.

49.  
Obligatio  
regendi Ec-  
clesiam non  
est essentia-  
lis confe-  
rationis  
Episcopali.  
Clem. Rom.

Interim contendimus, illam obligationem non esse essentiale consecrationi Episcopali, ita ut aliquis posset consecrari Episcopus validè, quāvis illicet, absque ulla Ecclesia, & per consequens absque illa obligatione.

Quod videtur probari ex Clement. lib. 7<sup>th</sup>  
Conf. cap. 41, alia 46. ubi ait: *Lumen Clau-  
die filium Ecclesie Romanorum Episcopum primum a  
Paulo ordinatum, post mortem vero Linii, Clementem,  
quem ego Petrus secundum ordinavi. Ergo vivente  
auctore Petro, Linus & Clemens erant ordinati  
Episcopi non propriè ad Ecclesiam Romanam,  
quia Petrus erat Episcopus illius Ecclesie, &  
ejusdem Ecclesie non possunt esse duo Epis-  
copi, neque ad aliam Ecclesiam; quia ejus  
non sit mentio; igitur absque ulla Ecclesia ad  
hunc tantum finem, ut Petro Roma coadiju-  
tores essent.*

50.  
Occurrunt  
objectiones.

Nec obstat can. 6. Conc. Chalcedonensis  
ubi Ordinatio facta sine titulo, non solum prohibetur, sed etiam dicitur vacua & invalida; quia non solum loquitur de Ordinatione Episcopi, sed etiam Presbyteri, ut Diaconi, immo cuiuscumque in aliquo gradu Ecclesiastico constituti; hæc quippe sunt verba textus: *Ne-  
minem abolute (id est, sine titulo) ordinari iu-  
bemus Presbyterum, neque Diaconum, nec quemlibet  
in Ecclesiastica Ordinatione constitutum, nisi mani-  
festè in Ecclesia sua civitatis, sive possessionis, aut in  
Martyrio, aut in Monasterio, hic quis ordinatur, me-  
reatur Ordinationis publica vocabulum. Eos autem  
qui absolute ordinantur, decrevit sancta Synodus  
vacuum habere manus impositionem, & nullum*

uale factum valere, ad iniuriam ipsius, qui tu iniuriavisti.

Et tamen constat apud omnes, Ordinatio  
nem Presbyteri aut Diaconi sine titulo, ini-  
tia prima characterem; ergo quod hic dicitur suum  
vacua & non valere, intelligendum est, non impo-  
nere quod impressionem characteris, sed quod clausum  
executionem. In præsenti autem tantum di-  
sputamus de impressione characteris. Igitur ex  
conjugio carnali, ad quod à principio requiri-  
tur consensus contrahentium, non efficaciter  
argumentamus ad conjugium spirituale, quod  
inchoari posse videtur absque consensu uniu-  
ersitate partis, complendum potest, quando ordi-  
natus in infancia, poterit de seipso delibera-  
& amplecti liberè curam Ecclesie, ad quam  
ordinatus fuit.

Unde in tali Ordinatione non recipi-  
per-testa in corpus mysticum, & cura pastoralis  
perfectè & completere, sed solum inchoare;  
simili terè modo quo in Ordinatione Sacerdotis  
accipitur iurisdictio in habitu, ut vocem  
seu inchoative, si sic placet loqui, possumus  
complenda & perficienda per eis formam  
concessionem. Et hactenus quidem de ea  
requirita ex jure divino. Paucæ subiectæ &  
estate, requisita ex jure Ecclesiastico.

## CONCLVSION IV.

Iure novo Conc. Trident. ad Sub-  
diaconatum requiritur annos  
22. ad Diaconatum 23. ad Pre-  
byteratum 25. Sufficiunt illa-  
ni inchoati.

O Rdinibus sacris, de quibus Iuris  
Conclusio, præmitto Tonsuram. Iuris  
nores Ordines; de quibus sic ait Doctor Angelus  
4. dist. 25. q. 2. a. 1. q. 2. *Sin eccliasitatis  
spes profectus, ad minores Ordines possum ante annos  
discretions (id est, ante usum rationis) præcepito  
sive peccato.*

Modò tamen (inquit Averla q. 3. scilicet)  
§. Tertia statuendum est, ubi obligatio pre-  
cepti cadere, ut non intitentur pugni ante ple-  
num usum rationis. Sic in Pontificis subtili-  
tute de Ordinibus conferendis praescribitur  
non ante leptennium conferatur prima Ton-  
sura. Et in Concilio Trident. sess. 23. de  
Refor. c. 4. caverit, ut non intitentur pugni  
Tonsuræ, qui fidei rudimenta docendi non for-  
tint, & legere ac scribere nesciant. In pugni  
& usu antiquo idem supponeretur & servolu-  
tur. Hæc ille.

Sed ego ly Non ante leptennium, minime re-  
peri in Pontificali à Clement. 8. refutor,  
sed sequentia verba, ex Trident. defunctorum  
loco jam citato: *Prima Tonsura non intitetur*, que  
sigillata fuerit, *foras* & *in* ecclesias, *in* pugni  
sunt pugni, *in* minoribus Ordinibus.

*Sacramentum Confirmationis non suscepint, & fidei rudimenta edicti non faciunt, quique legere & scribere nesciant, & de quibus probabili conjectura non sit, eos non secularis iudicium fugienda fraude, sed ut Deo fidem cultam praeferat, hoc vita genus elegisse.*

*Pars negativa non est  
Sacerdot probatur ex  
Pontif. aut Trid.*

Hinc qui ante septennium has conditiones haberet, ex vi Pontificis aut Concilii Tridentini nullatenus prohibetur suscipere Tonsuram. Interim quia ante illam etatem communiter hae conditiones non habentur, ideo forte praefatus Auctor, prescriptum dixit a Pontifici septennio, ad conferendam primam Tonsuram.

*54.  
Uti nec ex  
iure antie  
quo cap. 4.  
de Temp.  
Ord. in 6.*

Quantum ad jus antiquum; cap. Nullus Episcopus, 4. de Temp. Ord. in 6. Bonificius 8. ita lanceret: Nullus Episcopus, vel quisvis alius, infantus (nisi forte Religionem intraret) seu illitteratus . . . . clericalem presumere confere Tonsum. Ubi Gloss. verb. Infanti, oit: Scilicet minori septem annorum. Septem ergo potest confere Tonsum, 28. dicitur. De his, & 77. dicitur. In singulis. Et facit supra de Electis. Ex eo. De Præbendis, Super inordinata. Et quod ibi notat Ioan. And. Hæc Gloss.

Sed tu nota: Pontificem non dicere simpli- citer: Infanti, sed, Infanti seu illitterato; ut idem sit, Infans, quod, Illitteratus; sic enim videtur d. cap. intellectissime Tridentinum. Quamvis contrarium significet Auctor Summarii illius cap. distinguens inter infancem & illitteratum.

*55.  
Si quis ante  
leptennium  
foret litera-  
tus posset  
ei conferri  
1. Tonsura;  
Tonsura, &  
minoribus  
Ordinibus,*

Credo itaque, quod si ante septennium foret quis litteratus, posset ei, sicut dixi, absque transgressione Concilii Trident. conferri prima Tonsura; & si post septennium non esset litteratus, non video quo iure posset ei licet conferri, nisi forte (sicut dicitus præallegatum) Religionem intraret. Saltem (ut ait Gloss. verb. Intraret) per oblationem Parentum vel Tutorum. Quod ibi conceditur per modum privilegii. Sed illa oblatio seu ingressus amplius non est in usu.

Jure ergo novo Trident. non reperitur aliqua etas determinata pro suscipienda prima Tonsura, aut recipiens minoribus Ordinibus, sed bene aliqua qualitas, qua ordinariè postulat certam etatem, post septennium, immo novenium vel decenium. Et merito ita statutum fuit; quia licet minores Ordines non obligent hominem ad continentiam, & ad permanendum in Clericali statu; tamen deputant suo modo ad divinum cultum & ministerium, que deputatio convenit, ut sponte & libere eligatur & acceptetur, adeoque ut adsit plenus usus rationis.

*56.  
An peccaret  
mortaliiter  
peret aut  
daret primam  
Tonsuram ante  
ultimo die  
Februarii?  
Affirmat San-  
chez, & probant  
ex cap. Nullus,  
slam ante  
ultimo ratio-*

Sed nunquid peccaret mortaliter, qui recipiet peret aut daret primam Tonsuram ante ultimum rationis? Affirmat Sanchez cap. 1. de Ordine Tonsuram ante datus dub. 33. n. 16. & probant ex cap. Nullus, slam citato in fine: Qui vero contra fecerit (ut in eo, in quo peccaverit, puniatur) per unum annum à

collatione Clericalis Tonsura dumtaxat neverit se su- spenam. Quæ poena, inquit, non infligitur nisi pro culpa mortali.

Sed contraria; ex hoc tantum probatur, quod conferebant peccet mortaliter; quia poena ista solùm conferentem concernit, ut clarum est. Alioquin quomodo potest suscipiens peccare mortaliter, cum ex suppedito nondum utatur ratione, qui tamen usus requiritur ad peccatum mortale? Igitur recipiens ante usum rationis non peccat mortaliter, etiò peccaret conferens.

Porro Glossa supra verb. Annum, per eum intellegit annum integrum & continuum; arguit. Per annum mento cap. Provida, 44. de Electis in 6. in fine: Nos super hoc expressius provideremus volentes, coniunctiones & confectiones huiusmodi, & quæcumque processus alias, quos, inquisitione promissa non habuimus, contingit ex eatis in talibus negotiis attentari: Devenimus nullus penitus existere firmatis, & confirmantes & consecrantes eosdem (ut in eo, in quo peccaverint puniatur) ab Episcoporum confirmatione ac confectione per annum continuum ipso iure fore suspensus.

Sed quid si annus sit bissexus, nunquid in ultima die posset conferre Tonsuram? Posset alicui videri quod sic; quia cum sit poena, non debet ampliari, sed potius restringi. Ita Gloss. in cap. Quesivit, 14 de Verb. signif. verb. Qui duo quasi pro uno reputantur. Ubi sic sit: Sed pone aliquem suspensum per annum, & est tunc annus bissexus, nunquid in ultima die posset celebrare? Videtur quod non: quia bi duo dies quasi pro uno reputantur; arg. hic & ff. cod. Cum bissexus & ff. de minor. Denique §. Minorem Laur. dicit contra, arg. l. dicentis, quod si libertas tibi relata est, si anno se vieris, dies illa non computabitur in anno, sed tantum 365. dies ff. de stat. libe. Cùm haeres, §. Stichus & fatus videtur, quia cum sit poena non debet ampliari, sed potius restringi, de Panis. dicit. 1. Poena. Ian.

Hanc sententiam amplectitur Suarius de Censoris disput. 29. sect. 1. nu. 6. vocans eam polse. communem. Et nu. 7. ad fundamentum oppo- quempiam in ultima sita sententia respondet, duos illos dies anni die conferre. i. Tonsura bissexilis quasi pro uno reputari disjunctive, id est, (juxta materiam de Surius communem qua agebatur cap. Quesivit) ut in altero eorum possit festum S. Matthiae celebrari, non vero, ut in uno & altero debeat festum illud celebrari, ac si essent unus tantum.

Et similiter, inquit, modo, si alicui esset impositum onus jejunandi ultimo die Februarii, posset runc in uno vel altero illorum dierum jejunate & implere obligationem, quia hoc modo pro uno reputatur: quia unus eorum tunc de facto est ultimus, alter vero est ultimus mensis ordinarii. Non vero teneretur ille jejunare utroque die, et quod pro uno reputetur, quia hoc modo, scilicet conjunctim, non vere pro uno reputantur; nam revera sunt duo dies

dies distincti, & in eis multiplicantur jejunia.  
Hæc ille.

59.  
Objec<sup>tio</sup>.

Solvitur.

Et si inferas: ergo ei, qui per mensem Februarii suspensus est, licitum erit in eo mense bissextili non servare suspensionem die 28. sed 29.

Respondet negando Consequentiam; quia hic aliquid speciale obstat, scilicet tempus ad suspensionem præscriptum debere esse continuum. Sicut etiam ob causam proportionalem, quævis illi dies pro uno computentur, non est licitum die 27. Februarii jejunare, & die 29. festum S. Martini celebrare, ut traditur in dicto cap. Quæf<sup>u</sup>; quia obstat contiguitas, ut sic dicam, necessaria inter vigiliam & festum, inter quæ nunquam licet diem interponere, nisi dies dominica intercedat.

60.  
Alia objec<sup>tio</sup>.

Solvitur.

Si urges; potest fieri, ut suspensio ab homine imponatur signatum pro futura mense Februarii, vel pro futuro anno, qui bissextilis est.

Respondet: si factis constaret de mente præcipientis, scilicet cogitasse illum de anno bissextili, & adverteisse talem esse eum, de quo loquitur, & voluisse pro toto illo suspendere, tunc certum est, ita esse servandam suspensionem; nam potest Iudex ita obligare: unde si de ejus mente constet, non est dubium, quin obliget. At vero si de hoc nihil speciale constet, & alias verba sententia sint generalia unius anni, vel mensis, quævis dicatur, Primi sequentis anni, vel, mensis, juridicè erunt interpretabilia juxta benighorem sensum; ut scilicet sensus sit, de proximo anno sequente ordinario. Ita Suarez. Unde indubie hæc sententia est probabilis, & tutam praxi.

61.

An qui, minores Ordines conuicti infanti ante ultum rationis, foret per annum suspensus à collatione minorum Ordinum.

62.  
Per proxim<sup>m</sup>  
derogatum  
est confi-  
tutioni Zo-  
zimi Pape,

Sequitur alia quæstio; quid si aliquis non solum Tonfuram, sed etiam minores Ordines contulisset infanti ante ultum rationis, nunquid etiam per annum suspensus foret à collatione minorum Ordinum? Quippe Bonifacius tantum loquitur de prima Tonfuram.

Sed, ut verum fatetur, eadem, si non major, videtur ratio de minoribus Ordinibus. Hinc Gloss. in cap. Nullus, suprà, verb. Dumtaxat. Id est, inquit, tantummodo.... Et intelligo hoc verum, quando solam clericalem Tonfuram contulit; alias etiam in ulterioribus, quos contulit, punieatur.

Cæterum supposito usu rationis, qui per se loquendo censetur adesse completa septennio, & non prius; non est præscriptus aliis etatis terminus ad clericalem Tonfuram & minores Ordines; ut patet ex communi praxi Ecclesiæ, per quam derogatum videtur Constitutionem Zozimi Pape Epist. 1. cap. 3. ad Isychium & referuntur dist. 77. cap. 2. sequentis tenoris: In infanti gradibus hec tempora sunt observanda, si ab infantia ( id est , septimo anno ; argumento leg. 18. Cod. de Jure delib. Si infantia, id est , minori septem annis ) Ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, ut inter Lectores & Exorcistas quin-

quennio teneatur, exinde ( post 12. annos ) Abyltus, vel Subdiaconus 14. annis ( computatis à tempore septennii ) fiat, & sic ad bensilium Diaconatus, si meretur, accedit; in qua Ordine quaque amis, si inculpati se gesserit, laicari debet. Exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus datis propria fidei documentis, presbyteri Sacerdotum patrum premeri: de quo le<sup>o</sup> ( scilicet exaltior ad bonum, non vita perducere ) summum Pontificatum ipsa debet.

Huic, inquam, Constitutioni, & similibus, quæ eadem dist. refert Gratianus, derogatum videtur partim per contrarium confutandum, partim per novum jus Conc. Trident. quod, sicut vidimus, de etate requisitus ad primam Tonsuram, & minores Ordines, nihil determinavit; sed solum requisitus aliquas qualitates, quæ ordinarii requiriunt leptonium immo sapientiæ non insunt ante decennium.

Porro ad susceptionem majorum Ordinum, præter qualitates, de quibus infra, predictis, certam etatem less<sup>o</sup> 23. de reor. c. 12. hoc ius, hac forma verborum: Nullus impetreret illo diaconatus Ordinem ante 22. ad Diaconatus ante 24. ad Presbyteratus ante 25. etatis annum proutetur.

Atque eandem etatem ad Presbyteratum, prius statuerat Clem. 5. cum Concil. Vene- si in Clement. Generali, de Etate & qualitate &c. ubi sic ait: Generalem Ecclesiæ observationem in lentes antiquis iuribus in hac parte preferit; Dominus ut ( alio non obstante impedimento causa) possit quis liberè in decimo o<sup>ctavo</sup> ad Subdiaconi, in vigesimo ad Diaconatus & in vigesimo quinto ad Presbyteratus Ordines promovetur.

Quia autem Mendicantes potiebantur p<sup>ri</sup> viliegio, concessio ab Innocencio 8. Regn. p<sup>ri</sup> vii. Minorum, ut Generalis & Provincialis eis possint cum Fratribus in 22. anno completo ad Sacerdotium, sicut habetur in Compendio privilegiorum Minorum in. folij. n. 15. Hinc Concilium Tridentinum, votis derogare huic & similibus privilegiis, locum citato haec verba subjungit: Regulari p<sup>ri</sup>gnec in minori etate . . . ordinantur, privilegium buscumque quad hoc penitus exclusum.

Et licet post prædictum decretum ( inquit ) Rodrig. to. 3. q<sup>u</sup> Reg. q. 23. a. 6. summo Pontifice concederit aliqui Religi<sup>o</sup>ni, ut ante 25. annum possint ejus Religi<sup>o</sup>ni ad Presbyteratus Ordinem ascendere; hoc tamen per Constitutionem Sixti 5. contra male promonstratum revocatum: cùm in eis præcipiat obliterari Conc. Trident. ut constat ex ejus verbis, hoc concilium revocatum: Aut ante etatem per Sacri generalis Concilii Tridentini Decreta prima Tonfuram, aut cuique Ordini prædictam. Et ibi: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac in Concilii, etiam generalibus editis, ceterisque contraria quibuscumque. Quam Sixti V. Constitutionem moderavit Clemens VIII. Romæ apud D. Petrum anno Incarn.

quam Clemens VIII. moderavit.

65. **Si dixeris;** Pius 5. vivæ vocis Oraculo dñe 13. Martii anno 1566. concessit Minoribus, ut possint in foro conscientia uti omnibus gratiis per suos antecessores sibi concessis, etiam iis quæ sunt revocatae per Concilium Tridentum. Ergo Minores, & hi, qui eorum fruuntur privilegii adhuc modo possunt ordinari in foro conscientia sine peccato, & sine timore alicuius suspensionis, Ordine sacro Presbyteratus in 22. anno completo.

Respondet Rodrig. suprà; qui talen opinionem ut probabilem imaginantur, non sunt in Constitutionibus Apostolicis versati. Si enim adverterent, quod post Pium 5. Sextus 5. & Clemens 8. in predictis Constitutionibus ordinaverunt, quod quantum ad hoc, Concilium Tridentini decretum observaretur, Non obstantibus quibuscumque: clare intelligenter, per hæc verba voluisse predicatorum summos Pontifices, predictum vivæ vocis Oraculum quoad hoc minimè locum habere; & sic in foro conscientia ante legitimam statem Regularis virtute privilegii Innocentii 8. minimè posse ordinarci.

66. **Sed contrà,** inquis; **Sextus 5.** non loquitur de Regularibus, sed tantum de Clericis sacerdotibus, ut patet ex his verbis: *Aus quoad secularibus sine titulo sufficientis beneficii vel patrimonii, aut ante statem per sacri Generalis Concilii Tridentini decreta &c.*

Respondet Rodrig. suprà n. 8. etiam loqui de Regularibus. Quod ut explicit, adducit tenorem dictæ Constitutionis, qui talis est: *Praesenti Constitutione perpetuū statutum & ordinamus, ut si impostorum Antistes aliquis Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate presulgens, aut Abbas, ad primam Tonsuram, minoresq; Ordines suis subdiis conferendos, à Sede Apostolica auctoritatem habens, quemicumque facultatem vel Regularē existentem, vel extra temporā à iure statuta, vel absque veris dimissorū sui Ordinarii literis, aut per salutem, aut furture, aut quo ad secularē sine titulo sufficientis beneficii vel patrimonii, aut ante statem, per sacri Generalis Tridentini, conc. decreta prima Tonſura, aut cuique Ordini prescriptam, aut non servatis temporum intersticiis, ita ut aliquis uno die, seu continuatis diebus ad plures Ordines sacros, vel post unum Ordinem suscepimus, sine causa rationabili ante tempus ab eodem Concilio Trident. prefixum elapsum, ad alium Ordinem promovemus, sine dispensatione, aut induito Apostolico clericali charactere non legitimè insigniverit, a collatione quorumcumque Ordinum eo ipso sit suspensus &c.*

Putat itaque Rodriguez, & meritè, illa verba: *Aus quoad sacerdotiales, tantum limitari ad il-*

los, qui sicut titulo beneficij, aut sufficientis patrimonii ordinarentur, secundū qui ante statem &c. Et ratio est; quia Regulares ordinabantur tunc sicut titulo beneficij aut sufficientis patrimonii, & adhuc ordinantur; secundū ante statem, aut non servatis Ordinum interstitiis, proprii decretæ Concilii Tridentini, quæ etiam absque dubio Regulares concernant.

Cum ergo Sextus illam Constitutionem ediderit, ut sacri Canones & decreta Concilii Tridentini circa Ordinationes inviolabilitate observarentur, ut patet ex ejus verbis, ibi: *Ut quæ vel ex tipo & figura veteris legis, vel alias ex multâ SS. Patrum providentia, circa ordinandorum natales, statem, vita ac morum probitatem, sanctitatem, scientiam & alias qualitates in factis Ordinationibus requisitas per sacros Canonem vel Apostolicas Constitutiones aut Generalium Conciliorum decretâ salubriter institute, fuerint; ea inviolatè observentur; plane dicendum est, sola illa verba: *Sicut titulo sufficientis beneficii aut patrimonii, ad secularē dumtaxat referri; sequentia autem, scilicet: Aut ante statem &c. etiam referri ad Regulares.**

Interim veritas doctrina communis non pendet ab illa Bulla, quam constat à Clem. 8. esse reductam ad terminos Concilii Tridentini, certum autem est, hoc Concilium, ubi præscribit certam statum singulis majoribus Ordinibus, eam præscribere tam sacerdotibus, quæm Regularibus, ut suprà vidiimus, cum expressa derogatione privilegiorum.

Tota ergo quæstio est; an illa privilegia sic derogata, sint restituta post Tridentinum per Pium 5. & maneant restituta pro foto concientia. Partem affirmativam docet inter ceteros Rodrig. to. 1. q. Reg. q. 8. a. 9. ubi lex P. F. Alfonso de Veracruz in suo Speculo conjugatorum in fine refert vivæ vocis Oraculum Pii 5. sequentibus verbis: *Pontifex Pius 5. a. 1567. 13. die mensis Martii vivæ vocis Oraculum supplicantis ministeri generali Minoritarum F. Aloisio de Puto, curia supplications tenui est: Supplicatur Sanctissimo Domino Pio. Papa V. ut sua sanitas dignetur confirmare & concedere omnia privilegia & quæcumque gratias etiam vivæ vocis oracula concessas per bone memoria. Paulum Papam IV. & alios Romanos Pontifices Prædecessores Sanctissimæ sua, cum singulis clausulis & decretis & derogationibus in eis contentis FF. Ordinis Minorum Reg. Obser. ita ut illis gaudere & uti possint eties quoties opus fuerit, & eis videbitur. Et quoad illa, quæ eis sunt restituta seu derogata per Concilium Trident. etiam uti possint in foro conscientia tantum. Et Pontifex dixit, fiat.*

Et hec concessio refertur in Compendio Societatis tit. Concilium. Nec ista concessio fuit revocata per Gregorium 13. qui primo sui Pontificatus anno revocavit omnia concessa per Pium V. Ordinibus Mendicantibus contra decretæ Concilii Trident. Nam respondeo; quod Gregorius 13. solum revocavit concessa a Pio quinto, in foro exteriori, ad evitandas lites & discors.

67. **An privilegia Mendicantium interstatum post Tridentum per Pium 5. restituta?** **affirmat Rodriguez.** **referens** **vivæ vocis oraculum huius Pontificis ex Veracruz;**

68. **An privilegia Mendicantium interstatum post Tridentum per Pium 5. restituta?** **affirmat Rodriguez.**

Resp. Rodriguez.

Alia objec. Rio.

Solutio Rodriguez.

discordias, quæ inter Ecclesiasticos & Regulares ratione illorum privilegiorum fuerunt post Concilium Trident. exortæ. Et ita non revocavit vivæ vocis Oracula, quæ in foro conscientiæ tantum erant concessæ, cum ex eis non oriatur discordia, quæ dictæ revocationis Gregorii XIII. causa finalis fuerunt. Quod claram colligit, qui autem legerit Constitutionem Gregorii XIII. in qua nullam summus Pontifex facit mentionem vivæ vocis Oraculi alicuius; sed tantum literarum Apostolicarum, & has solum revocat, in quantum contrariantur decretis Concilii Trident. Hucusque Rodriguez.

Bolla Gre.  
goni XIII.

Legi attentè Constitutionem Gregorii XIII. quæ incipit: *In tanta rerum, q. apud Cherubinum, & g. & b. scriptum invenio: Quoniam etiam tollimus & abrogamus omnia irritantia & alia decreta, nec non prohibitions, declarationes, mandata, & quæ cumque alia ipsi literis & constitutionibus opposita, & alia & alias eorum occasione vel causâ facta, his nostris statuto, ordinacioni & reductioni aavversantia, quibuscumque illa sint concepta formulæ &c. iam verò ( inquit Portel verb. Priv. l. cestatio p. 64 ) Oraculum illud Pii V. est indultum satis repugnans illi ordinationi Gregorii, ac reductioni ad terminos juris communis.*

Et contrà Rodriguez potest argui ad hominem; si enim juxta illum possumus uti privilegiis, de quibus est quæstio, in foro conscientiæ, tenetur fateri, posse hodie Regulares in foro conscientiæ ordinari ante ætatem à Tridentino assignatam, quod tamen ille negat, & bene. Ita Portel.

Ego autem dubito, an istud argumentum contra Rodriguez bene concludat; quippe tametsi Gregorius XIII. non revocasset, immo (ut testantur Cardinales Congregationis Concilii Trident.) Gregorius XIII. hæc privilegia Mendicantibus contra Concilium Trident. restituisset in foro conscientiæ; equidem responderi posset, postea à Sixto V. & Clemente VIII. fuisse revocata, uti Rodrig. suprà to. 3. supponit.

Deinde aliter respondet Vasquez disp. 246. c. 4. n. 44. Cum, inquit, nullus Regularis ordinari queat, nisi cum dimissoris Provincialis, & ille veritatem in iis exprimere debeat, non poterunt Religiosi hoc modo ordinari, etiamsi Superior cum illis in literis dimissoriis dispenset; dicere enim non potest & testificari, illum habere legitimam ætatem aut competentem: ideo autem non potest Regularis virtute hujus privilegii sic ordinari, quia si veritate expressa admittetur, jam suffigatur illi in foro exteriori, non tantum in interiori; veritate autem non expressa, non potest suffragari, quia non intelligitur privilegium eo modo concessum, ut falsitas in literis contineatur.

Cæterum hoc privilegium ad hoc prodeste

poterit Regularibus, ut qui bona fide ante legi-  
gitimam ætatem fuerit ordinatus, in Ordine  
sic suscepito ex concessione Provincialis, possit  
ministrare, in quo alijs non posset, & hoc in  
foro dumtaxat interiori. Adde; quod si Su-  
perior cum eo dispensaret, ut ante legitimam  
ætatem ordinaretur, hæc dispensatio diceret  
concessa in foro exteriori sui Pralati: cum  
illius juridice & per testes de state confite de-  
beret. Hactenus Vasquez.

Sed quaro ego; unde probatur, quod Super-  
ior non posset dispensare, nisi iuridice & per  
testes ei constaret de state? Quare non suffici-  
ret quæcumque alia scientia? Deinde, suppos-  
ita legitimâ dispensatione Superioris, quæ  
Superior non poterit dicere & testificari in li-  
teris dimissoriis, illum habere competentem  
ætatem? Siquidem tali casu competens anni  
est annus 22. completus, qui revera habebit.

Ut ut sit de hac responsione Vasquez, con-  
traria sententia est ( à qua non licet recedit,  
& quæ ab omnibus praticatur) Regulari non posse ordinari ante ætatem à Concilio pro-  
scriptam, vi antiquorum privilegiorum, testi-  
ficationis esse speciem dispensationem, ut  
Concilium Trident. est receptum. Ubina non foret receptum, liceret uti praefato privi-  
legio.

Circa quod tamen sciendum, quod post  
mortem Innocentii VIII. fuit ordinatum in  
Capitulo Generali FF. Min. Florentini cele-  
brato, id quod sequitur; Insuper cum ad Ordine  
Sa. ereditati non debet quis ascendere faciliter; nisi in qua  
suffigatur etas & morum gravitas, denique  
aliquo non dispensetur, ut Sacerdos efficiatur, quia  
etas sua annos nondum attigerit, aut si sequen-  
tia eiusdem emerget proprie Sacerdotatus pacientem;  
salem qui dispensaverit, consilium quatuor Gra-  
norum simul requirat, qui supra dispensanda resolu-  
tem debeat arbitriari; quorum conscientia juri-  
rate, ut quod erit necessarium ( pensatis indequa-  
sandis ) ipsi consulantur.

Quod statutum moderatum fuit in Capitulo  
Generali Burgense cap. 1. Statutorum, ibi:  
Ad Sacerdotium verò non promovatur quis antequam  
25. annum etatis sua attigerit, & 5. annos im-  
pleverit in Religione; nisi Minister Provincialis  
confessus Discretorum aliter indicaverit facientem.  
Cæterum post hec scripta emanavit decretum Alex. VII. de die 18. Martii anno 1656.  
in quo ad minus tamquam scandalosa, deman-  
tatur hæc propositio: Regulares possunt in foro  
conscientiae uti privilegiis suis, que sunt expressa revo-  
ta per Concilium Tridentinum.

Alia hic moverat difficultas circa verbo  
Trident. videlicet, an intellectu sine fine de an-  
nis completis, an verò sufficiant anni inchoati,  
ut sensus sit: Nullus postmodum ad Subdiaconatus  
Ordinem ante vigesimalm secundum etatis sua annos  
inchoatum promovatur, & sic de reliquis. Pro-  
fecto sufficere annum inchoatum, doceat uni-  
versitas.

70.  
Arguitur  
contra Ro-  
driguez.

Portel.

Dubitat  
Auctor, an  
bene.

71.  
Resp. Vasq.

versalis praxis Ecclesiae, quæ optima est legum interpres.

Probatur pars negativa ex Navarro. Baldus. Alexander. Iason. Bartolus.

Probatur insuper à Navarro Man. cap. 25. n. 116. quia licet regulariter tempus positum in accusativo intelligatur de perfecto, secundum communem, quam Baldus, Alexander & Iason in l. Cui, ff. de Legat. 1. sequuntur, tamen contra tenet ibi Bartolus, cuius opinio sequenda est, secundum eosdem, quando concurredit aliqua alia conjectura intelligendi decepto, puta favoris, qualis adest in proposito, & alia fortior, quod jus antiquum Clem. Generalem de Aetate & qual. &c. solum requirebat ceptum, cui conciliandum est novum, quoniam id fieri possit: & alia utraque fortior, quod idem Concil. sess. 24. de refor. c. 12. habet, posse conferri beneficium curatum ei, qui artigit 25. annum, & eadem aetas ad illud, & ad Presbyterium sufficit secundum omnes.

Tum, quia mens Concilii non fuit, mutare annum ceptum in completum, sed numerum, ita quod ut antea sufficeret & requirebatur ad Subdiaconatum 18. annos, & ad Diaconatum 20. & ad Presbyterium 25. nunc requirebatur ad Subdiaconatum 22. ad Diaconatum 23. & ad Presbyterium, sicut olim, 25. & ita potest hodie quis fieri Subdiaconus in 22. ceptu & Diaconus in 23. ceptu, & Presbyter in 25. ceptu. Ita Navar. & alii commuenter.

75. An sufficit annum inchoari eadem die Ordinationis nisi diversa Sanchez.

Sed nunquid sufficit annum inchoari eadem die Ordinationis? Plures affirment, quoniam (inquit Averla q. 3. sect. 8. §. Pro maioribus) contradicunt Sanchez c. 1. de Ord. dub. 33. n. 6.

Sed credo, A veram non legis Sanchez propriis oculis; alioquin non potuisset ignorare, Sanchez loqui de alio omnino casu; sic enim inquit: Sed nunquid in ultimo die, in quo adimpletur 24. annus potest quis ad Sacerdotium promoveri? Videtur enim posse, quia quod parum distat à re, parum vel nihil distat videatur, & parum pro nihilo est habendum, hic autem parum deficit, siquidem initio diei sequentis poterat ordinari, cum tunc ingrediatur 25. annum. Hec ille.

76. Commonis sententia affirmata.

Ecce supponit communem sententiam, scilicet, posse ordinari eodem die, quo annus 25. inchoatur; & quæritur, an etiam die præcedenti, quando finitur annus 24. Respondet autem n. 6. nullo modo posse, & si ordinetur, inquit, incurrit omnes penas contra ordinatos ante legitimam etatem. Ratio; quia hic nullo modo attigit 25. annum, cùm talis annus nullo modo sit ceptus: at aetas Sacerdotii est 25. annus ceptus.

Nec obstat; quod parum pro nihilo repatur, quia id habet verum, quando non iude de pender tota impletio præcepti; v. g. brevissimum spatium est dimidiata Salutationis Angelicae, & tamen si nocte Jovis, postquam immediebitur duodecima noctis hora, aliquis carnes commederet, peccaret mortaliter, &

tamen non peccaret, si ante talen horam, etiamsi solum esset per dimidiatatem temporis Salutationis Angelicae manducaret. Sic tenet Navar. lib. 1. Consil. tit. 14. de Aetate & qualitate &c. conf. 6. sicut Henriquez lib. 7. de Indulg. Henrici, c. 20. n. 2. in Comment. lit. O. ubi dicit non deberi deesse diem. Hec ille.

Et ego libenter subscribo huic sententiae; interim adverto, neque Navar. loco citato eam tenere, neque Henriquez ei favere. Hec sunt verba Henriquez: Pro matrimonio censetur annus etatis 14. quoniamvis desinet aliquor dies, aut menses, si malitia supplicat etatem, secus pro Ordinibus sacris, aut beneficiis. Ubi, ut patet, non loquitur de defectu unius diei, sed aliquor dierum aut mensium.

Porto Navarrus toto illo titulo hæc dumtaxat ad propositum nostrum ait Consil. 2. n. 1. Illud (beneficium curatum) requirit etatem 25. annorum sicutem ceptorum. An autem sufficiat incepio moralis, an vero requiratur physica, ibi non disputat. Et Consil. 4. n. 2. Dignitas, inquit, habens jurisdictionem spiritualem predicitam fori contentiosi, non potest conferri ei, qui 25. annum non artigerit. Physice vel moraliter ibi non expresse resolvit.

Dico, ibi; quia resolvit tit. de Temp. Ord. Conf. 9. ubi sic ait: Ordo Presbyteratus requirit 24. annos completos: quia oportet ut attingat 25. iuxta dictam Clement. quae requiri, ut ordinandus ad Presbyterium sit constitutus in 25. anno, in quo non esset, etiam si esset constitutus in ultimo die 24. anni, quoniamvis diceretur esse 24. annorum, & ita differunt inter se, dicere, habet 24. annos completos, & dicere, excessit 24. annum.

Caterum Sanchez supra n. 7. bene notat, quod si esset in principio sequentis diei, v. g. hodie impletur aetas 24. annorum, post dimidiatum noctem potest ordinari Sacerdos. Ratio, inquit, quia (ut docet Navar. eodem Conf. 6.) in favorabilibus dies ceptus habetur pro completo l. Quia etate, ff. de Testam. Faciunt pro hac sententia Mandosius de Aetate minori c. 14. n. 11. Panorm. cap. Attestantes, de Despons. imberum, ubi dicunt, quod licet requiratur septenium completum ad sponsalis, si tamen sunt in ultima die septenii, lat est, si ille sit incepitus. Pater hoc etiam, quia ille revera jam dicitur attigisse 25. annum. Hec ille.

Sed sicut supra eravit in citatione Navarri, ita & hic hallucinatur, cum eodem Conf. 6. immo toto titulo nihil simile doceat. Interim patet, quod Sanchez male citetur ab Averla supra contra communem sententiam, cùm eam hic in terminis doceat.

Itaque, ut ad alia progrediamur, sufficit secundum DD. communiter, quod annus præscriptus inchoetur eadem die Ordinationis, modò ante horam Ordinationis. Immo, secundum Aliquos, tametsi post horam Ordinationis.

Kkkk Audia-

Navarrus.

Henrici.

20.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

An illam sententiam docent  
Navarrus & Henricus

Mandosius  
Panormita  
nus.

78.  
Ubi Navarrus  
rus eam  
ut docent

79.  
Anno  
scriptus  
præceptus  
poli in  
choari post  
horam Or  
dinationis.

Audia-

Villalobos.

Audiamus Villalobos Sum. to. 1. tract. 11. Difficult. 11. n. 2. Sufficient, inquit, isti anni (supradicte Trid. prescripti) inchoati, secundum regulam communem, quæ dicit: Annus incepitus habetur pro completo, sicut dicunt communiter omnes; & constat ex praxi. Sed non sufficeret, si deficeret unus aut alter dies ad complendam etatem secundum magis probabilem opinionem (etsi aliquibus videatur contrarium) quia revera talis non est in anno incepto, & ita non habetur pro completo.

Magis accedit ad veritatem dicere, quod in casu, quo deficit tantum medius dies, possit ordinari, prout dicit Ledesma 1. p. Sum. tit. de hoc Sacramento c. 7. Sed contrarium teneo pro magis certo secundum Navarrum lib. 1. Conf. Tit. de Temp. Ord. Conf. 9, quia ille, tametsi si medius dies, & non plus, antequam intret istum annum, adhuc non est in isto anno, quod est necessarium. Hæc ille.

Utraque sententia est probabilis.

Diana.

Igitur utraque sententia est probabilis, ut docet Diana part. 2. tract. 2. Miscl. resol. 29, per consequens, qui manè recipit Ordinem, dum vesperi tantum inchoato etatem prescriptam, non incidit in suspensionem, tamquam ordinatus ante legitimam etatem. Confutatur autem ut non recipiat, quia id tatuus est.

80. Ante legitimam manem etatem ordinatus ipso facto manet suspensus ab Ordine si suscepit ex Conf. Pii II,

De cetero, si quis ante legitimam etatem presumperit suscipere Ordines sacros, manet ipso facto suspensus ab Ordine sic suscepto ex Const. Pii secundi, incipiente: Cum ex sacrorum, 7. apud Cherubinum, § 1. & 2. Subjicio verba Pontificis: Cum itaque (sic) dignorum relatione non nisi moleste acceperimus nonnulli Clerici extra tempora à iure statuta, quidam ans etatem legitimam, aliqui verò sine dimissoriis literis contra sanctiones canonicas se faciunt ad sacros Ordines promoveri.

Nos corundem temeritatem, tali castigatione reprehendentes, ut alii in posteram committendi similitudinis praeculadatur; auctoritate Apostolica hæc constitutione perpetuo validuræ statutum & ordinamus, quod omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica aut legitima licentia, sive extra tempora à iure statuta, sive ante etatem legitimam, vel absque dimissoriis litteris, etiam citramontani (præterea si in hoc ultimo casu per cameram Apostolicam, iuxta illius stylum ordinati fuerint) ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerint promoveri, à suorum Ordinatum executione, ipso iure suspensi sint, & si biusmodi suspensione durante, in istem Ordinibus ministrare presumperint, eo ipso irregularitatem incurvant. Præterea, ultra alias penas, in tales generaliter à iure inflictas, beneficia Ecclesiasticis priuatis iure privatis.

Et aliqui addunt (inquit Aversa supradicte Quod si quis) etiam ab Ordinibus, antea in legitima etate susceptis, ex alia Constitutione Sixti V. sed hoc non est necessarium, nec Constitutione Sixti est in robore. Hæc ille.

Et quanvis esset in robore, ex ea non magis probatur hæc suspensio, quam ex Bulla Pii Secundi cum eisdem terminis utatur, ut patet ex verbis Bullæ Sixti V. Sanctorum & fiduciarum, apud Cherubinum, §. 3. Et nihilominus vel record. Pij II. & aliorum Rom. Pontif. infraeius Predecessorum, qui per suas Constitutiones, aut in Cancellaria Apostolica publicatas Regulas, contra hujusmodi clericos male promotos, diversas penas inflixerunt, vestigia inherentes, eisdem Clericis post hac male promotis ab executione, ministrata & exercito Ordinum susceptorum, & ab omni se & facultate ascendendi ad alios superiores papalis superioris declaramus.

Si hic per ly Ordinum susceptorum, intelliguntur Ordines, etiam in legitima etate suscepiti, quidni similiter per ly Sacerdotum, in Bulla Pij II. ? Si autem in Bulla Pij II. tamen intelligantur Ordines, male seu ante legitimam etatem suscepti, quidni etiam in Bulla Sixti V. ? Non video dispartitem.

Quod verò ibidem ait Aversa: Episcopi scientier ordinans quempiam, carente debita etate, incurrit ipso facto suspensionem ex dicta Constitutione Pii II. clarè fallitur, ut patet ex verbis supradicte relatis, in quibus nulla est mentio Episcopi ordinantis; vel neque in ipsius verbis euvidem Bulla, ut patet in predictis.

Fortè dicere voluit ex eadem Constitutione Sixti V. Et si hoc dixisset, verum dixisset, sed hæc Constitutione reducta fuit per Clem. VIII. Bulla: Romanum, 40. apud Cherubinum, ad terminos Sacerorum Canonum, & dicta Bulla Pij II. & Conc. Trident. præterea quod simoniae promotores & promoventes.

Interim quia hæc suspensio Pii II. est patibilis seu inflexa propter culpam, ut patet ex verbis: Nos corundem temeritatem tali etate reprimentes; liquet profectò, quod ministerio curatur ab his, qui bonâ fide ante legitimam etatem ordinantur, immò non nisi ad hanc curatur, qui peccant mortaliter, cum hanc gravis.

Et per consequens non sunt irregulares, remitti certiores facti de tali defectu, in ordine si suscepto ministrent, celebrando Missa, cantando solemniter Evangelium, sur Ecclesiam. Patet; liquet profectò, quod ministerio curatur ab his, qui hæc irregularitas sublimi fit eos, qui cenfūrū ligati ministrant.

Sed nunquid saltem peccant? Communi sententia, quæ & practicatur, affirmit: quia videlicet illa prohibet Ecclesias, que impedit susceptionem Ordinis ante etatem autem, extendit etiam ad exercitum Ordinis sic suscepti. Nihilominus Petrus de Ledesma, Sum. to. 1. de Sacram. Ord. c. 7. Concl. 1. sic afferit: Non mihi videatur improbatibile, immò aliquo modo probabile, quod in tali casu, ille sic ordinatus possit exercere officium Ordinis, quem recepit, tametsi non habeat legitimam etatem.

Ista conclusio probatur auctoritate Doç. 3. Navarri. Quia sic confirmatur; quia ille videtur legitime.

81. An etiam ab aliis Ordinibus, Aversa.

Et quanvis esset in robore, ex ea non magis probatur hæc suspensio, quam ex Bulla Pii Secundi cum eisdem terminis utatur, ut patet ex verbis Bullæ Sixti V. Sanctorum & fiduciarum, apud Cherubinum, §. 3. Et nihilominus vel record. Pij II. & aliorum Rom. Pontif. infraeius Predecessorum, qui per suas Constitutiones, aut in Cancellaria Apostolica publicatas Regulas, contra hujusmodi clericos male promotos, diversas penas inflixerunt, vestigia inherentes, eisdem Clericis post hac male promotis ab executione, ministrata & exercito Ordinum susceptorum, & ab omni se & facultate ascendendi ad alios superiores papalis superioris declaramus.

legitimè ordinatus, habet jus exercendi officium talis Ordinis. Ergò si non peccavit, non potest privari illo jure, & in tali casu non peccavit; ergo non est privatus exercitio talis Ordinis. Secundum hanc sententiam debemus dicere, quod Concilium præcipiat non ordinari ante legitimam ætatem; verum post Ordinationem nihil disponit Concilium, adeoque potest secundum istam sententiam ministrare in suis officijs. Hæc ille.

Rogas, ubi Navarrus hoc doceat? Non invenio alium locum, quam lib. 1. Cons. tit. de Temp. Ord. conf. 8, ubi sic ait: Respondeo; quod taliter ordinatus (scilicet ante legitimam ætatem bonâ fide, parentum testimonio credendo se eam habere) nullam incurrit suspensionem, & sanctè ac rectè celebrare potest, & celebravit per ea, quæ nos in hac specie diximus in Commentario cap. *Accipit*, de Restit. spoliat. Oppos. 8.

Et probat hæc ratione; Quod lex, quæ imponit penam prælument facere aliquid, non videtur imponere illam ei, qui bonâ fide, credens probabilitate se bene agere, facit illud iuxta doctrinam Card. receptam in Clement. 1. de Privileg. q. 38. Et Constitutio Pii 2. quæ imponit penam suspensionis ei, qui ordinatus ante legitimam ætatem, loquitur per verbum, *Præsumperit*, ponendo penam ei, qui præsumperit afflumere Ordines sacros ante legitimam ætatem. Cum ergo consulens, animo simplete & bonâ fide, credens illis, quibus justum erat credere, id fecerit, non incurrit ullam penam, neque est cur scrupulis ob id angatur. Hucusque Navarrus.

Sed, pace ejus, dicta Constitutio non loquitur per verbum, *Præsumperit*, ponendo penam suspensionis, sed ponendo penam irregularitatis ei, qui suspensione durante ministraverit in Ordinibus sic suscepit, ut patet ex verbis Bullæ supra relatius.

Et ideo bene docet idem Auctor in cap. *Accipit*, de Restit. spoliat. oppos. 8. n. 35. non incurrire irregularitatem, qui ordinatus ante legitimam ætatem etiam malâ fide, factâ penitentiâ illius malâ susceptionis, putans id jam sibi licere, in Ordine suscepto ministravit. Tum, inquit, quia penæ hac irregularitatis solùm imponitur ei, qui præsumperit ministrare: quoniam ei, qui inordinatè ordinatur, alia penæ suspensionis ipso jure infligitur, & in imponenda penâ suspensionis non ponderatur præsumptio; in imponenda vero irregularitate sic: tum, quia frequenter bona fides excusat ab irregularitate, quæ tamen non excusat ab excommunicatione, iuxta Glossam singularem, quæ penult. est cap. *Soler*, quæ habet, eum, qui bonâ fide putans, se justam habere appellandi causam, appellat, & post appellationem excommunicatus celebravit, fidens suâ appellationi, esse quidem excommunicatum, si declaretur

malè appellasse: non esse tamen irregularem: cum, quia Panormitanus in cap. *Pastoralis*, §. *Venum*, de Appellat. col. 4. dicebat, irregularitatem esse penam contemptus: & ideo, eum, qui hæc se excommunicatum, si celebrat, non esse irregularem. Quod protul dubio verum est, de eo, qui probabiliter id ignorat: tum, quia Dominicus in cap. *Is cui*, §. 1. not. 1. de Sent. excoic. in 6. dixit, irregularitatem non contrahit fine dolo, ut latius scripsi in cap. *Cum contingat*, de Refr. refid. 2. n. 7. Hæc ille.

Sed neutro loco docet, saltem explicitis verbis, eum, qui celebret, aut exerceat actum alterius Ordinis, postquam resciuit defectum ætatis, non peccate. Dicit quidem primo loco, taliter ordinatus sanctè ac rectè celebrare posse; sed cur non debeat subintelligi, quamdiu bonâ fide putat, se habere legitimam ætatem? Et quod dicit in fine: Negat est cur scrupulis ob id angatur, intellige ob penas incurfas.

Itaque sententia Ledesmæ ineffaciter videatur probari auctoritate Doctoris Navarri. Et resp. ad confirmationem ejus petit principium: nam hoc est quod queritur, an ex tali Ordinatione ordinatus accipiat jus ministrandi, postquam cognoverit defectum ætatis, & communis sententia pretendit non accipere jus, propter prohibitionem Ecclesie; ut proinde non sit hic unicæ suspensio, sed quasi duplex, una propriè dicta censura, idque in penam delicti, alia impripiè dicta, putâ inhabilitas quedam ad ministrandum in Ordine suscepto, præcisè ex defectu ætatis, donec ætatem impletat, vel in illo etiam defectu specialitet dispensetur. Ita Surius de Censur. disp. 29. circa finem; quem sequitur Portel verb. *Ordines faci*, n. 12.

Et ita si absolvitur à prima propter delictum, non proinde absolvitur ab alia propter defectum ætatis; neque absolvitus à prima, potest ministrare in illo Ordine, donec attingat ætatem. Ita portel.

Sed & licet jam attigerit ætatem, non poterit ministrare, donec à priori suspensione absolvatur, ut docet Henriquez lib. 13. c. 38. §. 1. in Gloss. lit. F. Sylvester, Mandolius, Covarruvias & Alii, quorum sententiam ego sequor, inquit Diana part. 3. tract. 4. resol. 182. Quamquam Corduba casu 144. Sotus, & Alii, quos ibi citat Diana, oppositum doceant; scilicet, & hanc suspensionem cessare adveniente legitimâ ætate, absque alia absolutione.

Quod mihi non appetat verum, eod quod sit suspensio in penam delicti, absque limitatione ad aliquod tempus, vel ad aliquam aliam conditionem, ut patet ex verbis Bullæ Pii 2. sopra allegatis. Hujusmodi autem suspensiones non tolluntur, nisi per specialem absolutionem. Secùs inhabilitates defectu ætatis, quæ inducunt adveniente ætate, lege requiri, ut patet in Sponsalibus & Matrimonio, ergo similiter in proposito casu.

89.  
Etas requi-  
sita ad Epi-  
scopatum  
ex cap. 7.  
de Elect.

Audivimus etatem requisitam ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum; restat etas necessaria ad Episcopatum, quae est 30. annus completus, argumento cap. Cum in cunctis, 7. de Electione, quod est Alex. 3. in Conc. Lateranensi, & sic habet: Cum in cunctis Sacris Ordinibus & Ecclesiasticis ministriis, sint etatis maturitas, gravitas morum, & literarum scientia inquirenda: multò fortius in Episcopo hoc oportet inquiri, qui ad curiam aliorum positus, in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei oporteat conversari. Eapropter ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur à postris in exemplum: presenti decreto statutus, ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam trigessimum annum etatis exegerit, & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam virtus & scientia commendabilis demonstretur.

Ubi Gloss. verb. Exegerit: sic ait: Sed videatur, quod sufficiat si iam inchoatus sit, ff. de M. & ho. Ad Republicam. Sed aliud in secularibus dignitatibus ut ibi, & aliud in spiritualibus. Et potest dici, quod est speciale in Episcopo. Unde in aliis inferioribus dignitatibus sufficit attinere annum legitimum, ut infra dicui ibi: Nisi qui jam 25. annum etatis artigerit: sed ille qui eligitur in Episcopum, debet esse 30. annorum, in Authent. de San. Epi. §. Clericos, coll. 9. & 67. dist. Quicunque.

& Concil.  
Trident.

Constitutionem Conc. Later. confirmavit Concilium Trident. less. 7. de Refor. c. 1. his verbis: Ad Catholicalium Ecclesiastum regimen nullus, nisi ex legitimo matrimonio natus, & etate maturā, gravitate morum, literarumque scientia, iuxta Constitutionem Alexandri 11. quae incipit: Cum in cunctis, in Concilio Later. promulgata, prædictus assamatur.

90.  
An incur-  
reter sus-  
pensionem  
qui ante  
legitimatam  
etatem or-  
dinaretur.

Sed nunquid, interrogat quispiam, incurreret suspensionem, qui ante hanc etatem suscipere Episcopalem Ordinem? Respondeo: imprimis manet inhabilitas ad exercitium, & per consequens, iuxta prius dicta de alijs Ordinibus, peccaret ministrando Sacramentum Confirmationis, vel Ordinis: quia qui prohibet suscipere Episcopatum ante annum 30. etiam videtur prohibere exercitium Episcopatus ante eundem annum.

Secundò: non videtur incurrire suspensio nem propriè dicam, quia Pius 11. solùm loquitur de Ordinibus Sacris, ut patet ex verbis supra relatis. Jam autem Episcopatus, tamquam speciali notâ dignus propter suam excellentiam, non venit nomine Ordinis Sacri, praesertim in poenitibus. Unde tametsi peccaret ministrando, non tamen incurret irregularitatem, ut patet ex dictis.

91.  
Etas com-  
putanda à  
die Nativi-  
tatis, non  
Conceptio-  
nis.  
Covar.  
Mandof.

Illud pro coronide addiderim; etatem non à die conceptionis, sed à die nativitatis computandam esse. Ita Covar. de Spons. p. 2. c. 8. §. 2. n. 3. Mandof. de Minori etate c. 1. n. 25. Sanchez in Praecept. decal. 10. 1. lib. 4. c. 35. n. 4. Bonac. de Suspens. in particulari disp. 3.

q. 1. p. 1. n. 6. Sill. in Selectis Canon. c. 14. ann. 8. ubi etiam resert fuisse decimum sub die 4. Decembri 1627. etatem incipere à die nativitatis, non à die Baptismi.

Sed quid si filius ex secto matris nero fit editus? Responderet Mandof. suprà censeri ex tunc natum, & ideo ex tunc computandum ejus etatem.

Præterea citat Sanchez supra Gloss. Reg. 17. Cancellariae & Scriptorium Odio tract. de Reli in integr. p. 1. q. 2. art. 7. n. 48. presentatio, qua docet, in favorabilibus ex tempore computandam à die conceptionis, secus in odiosis.

Sed oblat generalis usus ubique recessus qui computat etatem sive in favorabilibus, sive in odiosis, à die nativitatis. Et menet: quia dies conceptionis nimis incertus est, & solo testimonio mulierum probari potest, quod ultimum in hac materia parvam metetur fidem, cum laissimè errare possint, existimantes concepit, ubi revera non conceperint. At vero dies nativitatis non potest non esse certa.

Sed ad alia pergamus. Neque enim mutat etas sola, ut quis licet initiat, præterea majoribus Ordinibus, verum & alia quinque requiruntur, atque imprimis probitas moralis, deinde literatura, denique congrua luctus. De duabus prioribus erit

## CONCLVSI V.

In ordinandis requiriuntur probitas moralis, & sufficientia literarum.

Prima pars sufficientissime in antiquis ordinibus & canonibus inculcatur, & quædam prædicta naturalis docet, ut qui aliis præstant posse. Contra dignitatem, etiam bonis exemplis præstare. Unde per probitatem moralis, seu honestatis vita, non intelligitur hic generalis honestas, id est, status gratia, qui requiritur ad omnia Sacraenta vivorum; sed externa qualitas moralum honestas, scilicet sobrietas, castitia, &c. de quibus agitur tunc. de Vita & honestate Clericorum.

His autem iuribus, & aliis antiquis canonibus omisso, Conc. Trident. less. 23. de ref. c. 4. sic statuit: Primâ tonsurâ non iustificatur, de quibus probabilis conjectura non sit, et non facilius induci fugienda fraude, sed ut Deus fidem suam præstet, hoc vita genus elegat.

Au autem sit peccatum mortale, fuligine Tonsuram, aut minores Ordines, solùm intentione declinandi jurisdictionem, sive facilius, disputant DD. & non convenient, his affirmantibus, illis negantibus, ut videre poterit Disp. 3. hujus operis Sect. 3. Concluſ. 3. a. 4.

Tantum hic adverto, Barbolam in Collectaneis less. 23. c. 4. n. 7. perperam citare Authorum.